a Montes & omes colles: lignum fructiferum & omes cedri. Hoc clarum est ad litteram. b Bestie / maiores: c Et vniuersa pecora / minores: d Serpentes & volucres pennate: patet. e Reges terre / tanquam maiores: f Et omnes populi / regibus subiecti. g Principes / quia dominant sub regibus.

h Et omes iudices / a regibus & principibus instituti ad causas determinandas. i Iuuenes & virgines &c. i. omes etas & sex: k Quia exaltatum est nomen eius solus: quia illi omne genu flectitur: celestium terrestrium / & infernorum. Oia illum profitenti: oim pulchritudo vox eorum est. Ideo dicit Aug. Attende celum / pulchrum est: attende terram / pulchra est. Que fecit ipse regit / ipsius nutu gubernat.

Al. †oia
Al. †reptilia et volatilia pennata
Al. †seniores
Al. †in celo et in terra
Al. †exaltabit
Al. †filij

a Montes & omnes colles: ligna b fructifera & omnis cedri. Bestie & vniuersa pecora: †serpentes & volucres pennatę. Reges terre et omnes populi: principes & omnes iudices terre. Iuuenes et virgines †senes cum iuniorib⁹ laudent nomen domini: quia exaltatum est nomen eius solus. Confessio eius †super celum et terram: & exaltauit cornu populi sui. Hymnus omnib⁹ sanctis eius: †filijs israel

r †populo appropinquanti sibi.

Alleluia. (CXLIX.

s Cantate domino canticum t nouum: †laus eius in ec v clesia sanctorum. Letetur x israel in eo qui fecit eum: et †filij sion y exultent †in rege suo. z Laudent nomen eius in choro: in tym a pano & psallant ei. b †Quia beneplacitum est do c mino in populo suo: et †exaltabit mansuetos in salutem.

Al. †populi appropinquantes
Al. †laudatio
Al. †filij
Al. †sup regem suum
Al. †Quia bene facit dominus.
Al. †exaltauit

Cum vides h et gaudes / attolleris in artifice: & inuisibilia eius per ea quę facta sunt intellecta conspicueris. l Confessio eius super celum & terram: ac si dicat / laus ei fiat ab hitantib⁹ in celo & in terra: quia per ipsum facta sunt oia. m Et exaltauit. i. exaltabit / n Cornu. i. dignitate videlicet / fortitudine / & potentie: o Populi sui. s. fidelis: qui h humiliat & affligit & persecutiones patit. Humoi enim populi exaltabit virtus & potentias in die iudicij: vbi omis gloria eius manifestabit. Dico / exaltabit cornu populi sui: vim mouet / p Hymnus omnib⁹ sanctis eius. i. sancti eius laudent deum per omnib⁹ beneficijs suis. Adiecit / q Filijs israel: vt omnes quib⁹ sanctis hymnus ille pertinet. s. filijs israel: qui per fidem videt deum: & mandatorum obedientia sibi appropinquat: Vnde subdit: r Populo appropinquanti sibi. Longe enim a deo sunt qui iussa eius non implent. s. Longe a peccatorib⁹ salus. Est autem hymnus laus dei cum cantico. Nunc ergo mo dicant sancti: postea eternum hymnum cum domino accepturi qui tam miranda creauit.

Ps. 118.

c Cantate domino canticum. (Expo. Ps. CXLIX. nouum. Titulus. Alleluia. vt. s. In precedenti psalmo propheta monuit omes creaturas ad laudandum deum / eo quod ab ipso create sunt: hic propheta et specialibus inuitat populum israel ad nouum canticum pro nouitate sibi facta: quę est mirabilior operatio dei. s. sanctificatio israel: quam de veteri facta est noua. Intentio monet ad laudem. Modus. Bipertitus est psalmus. Primo monet laudare regem / multis modis: quia eis beneficiosus & beneficus est. Secundo agit de gaudijs et potestate sanctorum: ibi: Exultabunt. Dicit ergo: s Cantate domino canticum nouum: de mysterio redemptionis: de promissione hereditatis. Qui vult h nouum canticum cantare diligat eterna: & fiat nouus spiritu mentis suę. Hoc enim canticum est de eternis. Ma vetus homo canticum veteris cantat de terrenis: Nouum canticum est pacis & charitatis et diuinę laudis: quod cantat nouus homo de spiritualibus. Quisque enim sequit veterem animositatem / non nouam charitatem: nouum canticum non cantat. Deinde determinat vbi & a quibus debeat cantari / dicens: t Laus eius in ecclesia sanctorum. Hec enim laus non vbique vel a quibuscumque cantanda est: sed in ecclesia catholica & a sanctis qui sunt israel / videntes deum per fidem veram cognitionem. Ubi notandum quod circa laudem diuinam aliqui cantant canticum vetus / & aliqui nouum: aliqui silent / alij blasphemant / alij insaniunt / alij flent: soli filij israel cantant. Aliqui igit silent a laude dei / vt infideles: de quibus Ps. Os habent & non loquent. Et hoc est propter ignorantiam: de qua sequit: Oculos habent & non videbunt. Amos. vj. c. Tace & non recordaris nominis domini. Alique blasphemant dominum: vt heretici prauia docendo & predicando: et mali christiani ignominiosa de deo dicendo: qui acerrime puniendi sunt. Unde dicit Leuitic. xxiij. c. Educ blasphemum extra castra. s. ecclesię: & lapidet eum vniuersus populus: siue christianus malus sit / siue heretic⁹. Alique insaniunt et viulant: vt clerici ad gloriam cantantes. Ps. Non respexit ad vanitates & insanias falsas. Amos. v. f. Aufer a me tumultum carminum tuorum: & cantica lyrę tuę non exaudiam. Flent aliqui: quia non possunt complere voluntatem suam malam. Eccli. viij. f. Ecce mulieres plangentes adonidem. s. amatorem veneris. Alij flent ex desperatione: vt esau qui non inuenit locum penitentię / cuius cum lachrymis quesisset eam: Ad heb. xij. d. Alij flent propter peccata sua et desiderium patrię. Ps. Super flumina babylonis illic sedimus et fleuimus. Cantant aliqui propter conscientiam. Esa. xxiij. d. Erit tyro quasi canticum meretricis: Quę multum gaudet / reuersa ad virum suum: sic anima conuersa ad dominum / quam fuit in peccato. Filij aut israel cantare debent in domino. Ps. Exultate iusti in domino. Item de domino. Ps. In te: id est de te / cantatio mea semper. Item propter domino: non propter lucro temporali: vt clerici / similes histrionib⁹: qui cantant propter precio. Malach. j. c. Quis est in vobis qui claudat ostia mea & altaria mea incendat gratuito? Item deo: id est ad honorem domini: querendo quę sunt eius. Phil. ij. c. Omnes quę sua sunt querunt. Tales inuitat propheta: qui. s. sunt israel. Unde sequit: v Letetur israel in eo qui fecit eum &c. Idem sunt israel & filię sion: ac si dicat: omnis populus christianus vtriusque sexus vel omnes animę fideles: isti / y Exultent in rege suo. i. in christo: qui vt rex pugnauit pro nobis / de cruce diabolum vincens: & vt sacerdos se pro nobis obtulit / nihil in hoib⁹ inuenientes quod pro eis offerat. x Filię / ergo / sion. i. aię fideles / exultent. Dicunt enim aię filię sion: quia concipiunt in cathecumino. Genesis. xxv. c. Dedit dominus conceptum rebecę. Item viuunt in baptismo. Eccli. xlvij. b. Omnia ad quę venerit torrens / baptismi. s. viuent. Item nutriunt sacramento. Ps. Panem angelorum manducauit homo. Item erudiunt predicatione. Eccli. vij. c. Filij tibi sunt / erudi illos. Item roborant exercitatione bonorum. Eccli. xxx. b. Tunde latera eius. Item sunt timidę. Eccli. xxvij. a. Si non in timore domini tenueris te instanter: cito subuertet domus tua. Item reputare debent se fragiles & infirmę ad malum. ij. Corinth. xij. c. Cum infirmor tunc fortior sum. Item sunt officiosę. Ps. Seruite domino &c. Item sunt verecundę. Contra quod dicit / Iere. iij. b. Frons mulieris meretricis &c. Sequit: z Laudent nomen eius in choro. i. in concordia morum: vel in societate fidelium charitate concordi. a In tympano. i. carnis mortificatione. Pelles enim antecedentes tympanis aptent / mortificant & extendunt: et sic faciendum est de corpe nostro: vt accepta laudem reddat deo: alit reprobat. Unde Paul⁹ vt bene laudaret deum in tympano / de seipso ait: Castigo corpus meum &c. b In psalterio / quod manib⁹ pulsat. i. in bona operatione. Augustin⁹. In tympano corium extendit: in psalterio chordę extendunt: in vtroque organo caro crucifigit. In tympano ergo & psalterio. i. in spiritali operatione / psallant ei. Et rationem subdit: c Quia beneplacitum est domino. In prima rerum conditione dicit quod oia placuerunt deo: qui tunc penituisse postea dicit: et homie penitentiam agente nunc dicit / quod beneplacitum est domino in populo suo: qui. s. penitentiam egit. Uel potest intelligi / t Laus in ecclesia sanctorum. i. in supna hierlim: vbi exultabunt / x Filię sion in rege suo / christo / facie ad faciem viso. Et laudabunt / z Nomen eius in choro / perfecte charitatis. a In tympano & psalterio / in presenti vita pulsato. Et tunc / c Beneplacitum / erit / domino / in eis: quia erunt equales angelis. Ideo sequit: d Et exaltabit mansuetos in salutem / vitę eternę: quę nunquam deficiet. Dicunt aut hic mansueti potissime illi qui dulciter sustinent oppressiones malorum: qui in iudicio futuro & in illa eterna patria erunt exaltati. Unde subdit:

Partitio psalmi
Multi diuersimode se habent circa laudem dei
Ps. 113.
Ps. 39.
Ps. 136.
Ps. 52.
Ps. 70.
Alie fideles vocant filie sion propter multa
Ps. 77.
Ps. 2.
1. Cor. 9. d.

Exultabunt sancti

a Exultabūt sancti i glia. Hęc est secūda ps: vbi agit de gaudijs sctōr ⁊ potestate eor i ꝓsenti ⁊ i futuro. In ꝓsenti de frequēti laudatione dei: ⁊ de tuta cōscientia: de qua hic dicit: Lętabunt in cubilibus suis. In patria aūt exultabunt: qr tristicia eor versa erit i gaudiū: Job.xvj.d. Mā in ꝓsenti ē deformitas sine pulchritudine / grauitas sine agilitate/ imbecillitas sine potestate/ ifirmitas sine sanitate/seruit⁹ sine libertate/ ārietas sine voluptate/moꝰ sine vita/ igrantia sine doctrina/inimicitia sine charitate/ discordia sine pace/dedec⁹ sine honore/iualiditas sine fortitudie/timor sine securitate/tristicia sine gaudio: Quę omīs tristicię i gaudia vertent: quia ibi erit pulchritudo integra/ agilitas libera: et sic de singulis iam positis. Exultabūt/etem sancti/in cęna agni: de qua dicit Apocl. xix.b. Beati q̄ ad cęnā nuptiarū agni vocati st. In ista em cęna erūt ꝓportionabiliter q̄ sūt i nobili cęna/q̄lia fuerūt in cōuiuio assueri regis. Requirunt aūt decē circūstantię ad nobilē cęnā. Prima tēporis opportunitas. Secūda loci cōgruitas. Tertia inuitātis hilaritas. Quarta ferculorū diuersitas. Quīta cōmēsaliū dignitas. Sexta ministrantiū vrbanitas. Septima luminariū claritas. Octaua sonor varietas. Nona cęnę diuturnitas. Decima dętis securitas. Cęna ętnę vitę fit post aḡs tribulatiōis/p⁹ vētos tēptatiōis/post trāsactā hyemē pſecutionis: sicut nuptię tēporales/obseruato tēpore lęto fieri solēt. Loc⁹ amęnus erit cęlū empyreū oī cōsolatiōe refertū. Inuitator erit/q̄ dixit: Venite ad me omīes qui laborātis et onerati estis ⁊ ego reficiam vos: Matth.xj.d. Et iterum: Ecce ego dispono vobis sicut disposuit pater meus regnū vt edatis ⁊ bibatis: Luc.xxij.c. Diuersitas ferculor est beatitudo diuersor obiector: Mā primariū obiectū beatorū est essentia diuina: quā pfectiones essentiales ab ea formaliter distinctę/ quasi circūstant tanḡ pelagus infinitū: ſm Damascenū. Et tā illę pfectiōes/q̄ etiā diuinę psonę dici possunt obiecta secūdaria: Creatura etiā in mente diuina similit. Est ergo diuersitas ferculorū essentialis et accidētalis aię ⁊ corpis: sicut declarāt theologi. Cōmensales in illis fęlicibus nuptijs dignissimi ⁊ nobilissimi/sūt huic obiecto tāḡ mēsę nuptiali intēdentes. Int quos ꝓmo est diuina volūtas huic obiecto primo p se necessario et immobiliter inhęrens. Secūdo est volūtas creata beata. i. oēs beati spūs: quor ꝓmus est filij⁹ dei iesus christ⁹ homo/ virgine beata matre eius comitāte. Et sic ordine suo sancti quibus correspōdet pręmiū patrię merito vię. Ministri beatarū animar in patria sūt angeli/ pro quāto animas beatas in paradisū portāt: ſm illud Lucl.xvj.e. Factum est vt moreret lacarus et portaret ab angelis. Et quarū animar ꝓsentia/animę beatę gaudent ⁊ ministrare fercula gloriię dicunt. Luminariū claritas erit lucerna agni ⁊ corpor beatorū: Hi nocte flāmis funalia vincūt. Sonor varietas erit citharedor citharicantiū i citharis suis. Cęnę diuturnitas ęternę vitę cōtinuitas: Nam actus beatificus sanctorum. i. fruitio nunḡ interrūpit: ⁊ in ęternū idem est sine interpolatiōe. Tandem erit securitas nunḡ amittendi illam gloriā. Merito ergo dicit/q exultabunt sancti in gloria. Mā exultatiōis materiā certe habebūt. b Lętabunt in cubilib⁹ suis: id est in mansionibus sibi ad vsum ęternū: siue rectius ad fruitionē ęternam collatis. Et dicit pluraliter: in cubilibus/ p diuersis gloriię gradibus siue mansionibus. Item notanter/ in cubilibus: quia cubile est locus quietis: ⁊ mansio pausationis: De quibus gloriię gradib⁹ et mansionibus dicit/ Job.xiij.a. In domo patris mei mansiones multę sunt. Et quia tunc in corporibus gloriosis erit laus vocalis: vt dicunt aliqui doctores/ ⁊ probabiliter: Ideo subdit: c Exultationes dei in gutture eorum: quia laus vocalis incipit a gutture et arteriis. d Et gladij ancipites: id est ex vtraḡ parte scindentes: videlicet sententia iudicij ad iudicandum cum domino bonos et malos. e In manibus eorū: id est in potesta-

a Exultabūt sancti in gloria:
b lętabunt in cubilibus suis.
c Exultationes dei in †gutture
d eorum: ⁊ †gladij ancipites in
e manibus eor. Ad †faciendā
g vindictā i natiōib⁹: increpa-
h tiones in populis. † Ad alli-
k gandos reges eorum i cōm-
l pedibus: ⁊ nobiles eorum in
m †manicis ferreis. Ut faciant
n in eis iudicium cōnscriptuz:

Al. †faucib⁹
Al. †framee bis acute
f. †faciendas
i dictas i gen
us: obiurga-
nes
. † At alligēt
Al. †vinculis
De gaudio et
exultatione
nstiplici san-
torū i eterna
patria ſm cō-
litiōes ordi-
nate cene quo
ad decem

te eis data a christo: q̄ dicit/ Matth.xix.d. Sedebit ⁊ vos iudicātes duodecim tribus israel. f Ad faciendā vindictā in natiōib⁹ ⁊c. Per hoc intelligit cōstātia sanctorū: et potētia eor i extremo iudicio/cōtra eos q̄ iniuste oppresserūt eos in hoc mūdo: ſm illud Sap.v.a. Tūc stabūt iusti in magna cōstantia aduersus eos qui se angustiauerūt ⁊c. Ecce quāta gloria sanctorū: qñ qui erāt pauperes hic ⁊ deriſi ab impijs: poterūt vindicare in supbos: et facere/ g Increpatiōes i pplis: tūc sibi sbdit⁹ malis. s. ⁊ iniquis pſecutoribus dep⁹ suis. h Ad alligādos reges eorū in cōpedib⁹: et nobiles eor in manicis ferreis: Quia tūc tyranni ligabunt cōpedib⁹ inferni: de quib⁹ nō erit liberū exire: iuxta illō Matth.xxij.b. Ligatis manib⁹ ⁊ pedib⁹ pijcite eū in tenebras ⁊c. Sedq̄: m Ut faciāt i eis iudiciū. i. vt sic eos iudicēt quō in scripturis sanctis veteris et noui testamēti: n Conscriptū. i. simul ⁊ concordāter scriptū: Nam vtrūq̄ testamentū hoc iudiciū et hanc potestatē sanctis ⁊ electis dei pollicetur. Et ne forsitan solos apostolos iudicaturos putares: quib⁹ hoc dns in euāgelio ꝓmisit/ addit:

✱ Gloria hęc est

✱ a Exultabūt sancti i glia. Pōt etiā ꝑ exponi de sanctis siue de filijs israel i patriā suam hierusalē reuersis ex babylonica captiuitate: sicut dictū est in ꝓncipio: qui exultabunt in gloria in cubilib⁹ suis: ⁊ exultatio erit in corde ⁊ lingua/tanḡ in cubilib⁹ ⁊ faucibus. Vel sic ſm Glo. potest legi de pręsenti: a Exultabūt/hic/sancti in gloria/quę est bonorum actuū frequens laudatio: de qua iusti/ b Lętabunt: vbi nō extra in populari fauore: sed/in cubilibus suis. s. in cōscientia: quia habent tam bonū dominū qui dat peccantib⁹ gratiā. c Exultationes dei in gutture eorum: id est in lingua. Si enim lętantur in cubilibus ⁊ faucibus: id est in corde et lingua/ vt non sibi tribuant quid sunt: sed deo a quo acceperunt qō sunt/ ⁊ sperant id quod nondum sunt. Sequit: d Et gladij ancipites in manibus eorum: id est sermo christi anceps: id est vtraḡ parte acutus veteris et noui testamēti: erit in manibus: id est in potestate eorum: vt prędicent vbi/ cui/quando/et quid velint ad peccatorū conuersionem. Nam sermo christi veteris ⁊ noui testamēti est tam ab antiquis q̄ ab apostolis annūciatus ad conuersionem malorum. De quibus sequit: f Ad faciendā vindictam in nationibus: id est ad hoc vt occidāt illos pctōres illo gladio bis acuto: vt sic viuificent: ſm illud: Ego occidam et viuere faciam. Et quę vindicta sit/dicit: g Increpatiōes: id est obiurgatiōes: h In populis/cōuertēdis per istam sanctā vindictam. i Ad alligandos reges eorum: id est ꝓncipes malorū: k In cōpedib⁹: id est in pręceptis dei. l Et nobiles eor in manicis ferreis. Manicę sunt vincula manuū: ſm illud: Manicas atḡ arta leuari vincla iubet. Est ergo sensus/q̄ tam pedes: id ē affectus pedum nomine significati/compedibus ligant et artant ad mandata dei affectāda: q̄ manus: id est opera/manicis: id est vinculis manuū. Et dicunt mandata dei manicę siue vincula indissolubilia: sicut est illud: Alligat⁹ es vxori ⁊c. Et illud: Q̄d de⁹ ꝓiūxit hō nō separet. Jō dicit: ferreis/ad ostēdendū indissolubilitatē. His vinculis mādator et pceptor dei ligant gentiū reges et nobiles sęculi/ab infirmis et cōtemptibilib⁹ hui⁹ mundi: quos elegit dominus vt fortia confundat: et impleuit eos spūsancto: deditq̄ eis frameas bis acutas: vt ad christi timorē nobiliū corda cōuerterēt: ⁊ sęculari nobilitate cōtēpta pauptatē eligerēt i christo: q̄ voluit impatorē p piscatorē cōuertere: et non econuerso. Per hos q̄ ligauit reges ⁊ nobiles i vinculis ferreis/ne pgrederent ad illicita. Et hoc est iudiciū q̄ faciūt sancti habētes gladios in manibus. Ad hoc scilicet: m Ut faciāt i eis iudiciū cōscriptū. i. a patrib⁹ sancitū. Ista em ante scpta st/ ⁊ mō cōplent: pus legebant/ ⁊ mō fiūt.

Deut.32.f.
1.Cor.7.e.
Matth.19.a.
1.Cor.1.d.

✱ Gloria hęc est oib⁹

a Gloria hęc ē oib⁹ sanctis eius. Omnes enim sancti cum christo iudicabunt: et hęc erit maxima gloria eis.

a Gloria hęc est omnib⁹ sanctis ei⁹: ita.s.vt dictū est p omnes gentes: Hoc agunt sancti/sic gloriant/sic exultabūt in fauc ib⁹/in cubilib⁹/sic cantabūt canticū nouū: sic dicēt alleluia corde/ore/ et ope. Vel sic: Gloria hęc est oib⁹ sāctis eius.i. ita cōsequētur ęternā gloriam ī qua gloriabunt: vt p̄dictū est: ad quā ille nos pducat q̄ regnat ī sęcl'a sęculoꝝ.

De reli. ⁊ vene. sanc. c. vnico. in cle.

a glória hęc est omib⁹ sanctis eius. Alleluia. (CL.

Expo. Ps. CL.

Laudate dm̄ ⁊c. Titul⁹/Alleluia: vt.s. Psalm⁹ iste tertius ē eorū qui sunt atomi.i. sine diuisione. Monetur enim ciuitas dei.s.vnitas omniū sanctorū ore et animo cantare. In hoc culmē laudis oīs psalmodia pducit: q̄ laus h̄ nuptiali dulcedine decantat. Quib⁹ ergo ꝓpheta in p̄ncipio hui⁹ libri rectę cōuersatiōis formā ostēdit: iam in illa cęlestis hierūm receptis dicit in eis laudandū esse deū qui oīa dedit. Dicit ergo: b Laudate dm̄ in sanctis eius.i.p his q̄ sanctis suis dedit. c Laudate eum in firmamēto virtutis eius.i.p eo: q̄ morte sua diabolū vicit et credentes ad cęlum perduxit. Vel quia sanctos firmatiit sua virtute/ita vt amplius non moriant. Est enim virtutis magnę/q̄ mors vltra illis non dominet. d Laudate eum in virtutib⁹ eius.s.quia omnia sunt subiecta pedibus eius: cui flectitur omne genu: cęlestium/et terrestriū et infernorum. e Laudate eum ſm multitudinem magnitudinis eius.i.sicut non est finis eius magnitudinis: quia infinita: sic sine fine laudent eum sancti eius. f Laudate eum in sono tubę ⁊c. Per hęc instrumenta mystice intelliguntur diuersi modi laudandi deum/siue in p̄senti/siue in futuro. Per tubam enim prędicatio significari potest. Josue.vj.c. Insonuit vox tubę: ⁊ clamauit omnis populus ⁊ muri corruerūt. Tuba manu tenet: q̄ p̄dicatio operib⁹ sustētat: sicut dicebat apl'us: Castigo corp⁹ meū ⁊c. Strictior est tuba ex pte buccinātis q̄ ex altera: q̄ p̄dicator debet strict⁹ se iudicare. Ad sonitū hui⁹ tubę post septē circūitus corruit hiericho.i.mūdi miserię. Primus circūitus est breuitas vitę: quia facile cōtemnit oīa q̄ cogitat se moriturū: ſm Hieronymū. Secūdus circūitus est cōsideratio angustiarū quę sunt in mūdo. Job.xvj.g. In me pacē/ī mūdo pressurā habebitis. Tert⁹ est cōsideratio piculi. Ecci.xliij.c. Qui nauigāt mare ⁊c. Quartus est cōsideratio cor qui perierūt in mundo. Ps. Veni in altitudinē maris ⁊c. Quitus est cōsideratio seruitutis: Seruus enim domino suo laborat: ⁊ domin⁹ emolimentū habet. Ecci.xx.b. Datum insipiētis non erit tibi vtile. Sextus/ingratitudo mūdi. Ecci. xliij.a. Si largitus fueris assumet te: ⁊ si non habueris derelinquet te. Et sequit: Et in nouissimo deridebit te. Septimus est cōsideratio obliuionis sui ⁊ dei. Deut.viij.c. Obserua ⁊ caue ne obliuiscaris dñi dei tui. Isti sunt septem circūitus/qui sono tubę fiūt: ⁊ hiericho.i.mundanā cōuersationē diruunt. Potest etiā per tubam et alia instrumenta intelligi laus regis christi: quia tuba canit regi: psalteriū/deo: cithara cū alijs instrumētis/sponso. Tuba enim terribilis/vel ī bello sumit/vel in aduentibus regum apparat. Et est sensus: f Laudate eum in sono tubę/vt regem: quia nos in bello diaboli vincere fecit. g Laudate eum in psalterio/vt deū: quia nos fecit summos: Psalteriū enim a summo reddit sonū. h Et cithara: vt sponsum: quia nos honorauit/et ab imis liberauit: Cithara enim ab imo sonat. i Laudate eum in tympano et choro.i.in carne mutata et ī concordia vocū et cordiū. Tympanū enim fit de corio in ligno extenso. Chorus ꝓ o est temperata vocū būanarū collectio. k Laudate eū ī chordis ⁊ organo. Chordas ponit p omī instrumēto musico/quod chordarū tensione sonat. Organū vero est quasi turris fistulis diuersis fabricata: flatu follium sonās. Et exponens quid sit laudare in chordis ⁊ organo/subdit: l Laudate eum in cymbalis bene sonantibus. Cymbala bene sonantia: labia nostra sūt: quę concordi cōcinna in laudibus dei bñ sonant. Vel ad litterā cymbala bñ tinniētia sunt ex permixtis metallis paruissimę phiale: q̄ acutū sonū reddunt et harmoniā faciunt. Et ne crederes cymbala ista esse sine aīa/addit: m Laudate eū ī cymbal' iubilatiōis.i.i labijs iubilū int⁹ ꝓceptū extra monstrātib⁹: q̄ iubil⁹ ē exultatio ī terior ab anima pficiscens/postea exter⁹ p signa expressa. Sūt hic multa instrumēta musica: nō q̄ habeāt locū in cęlesti patria: sed ponunt ad designandū multitudinē iocunditatis cęlestis: quia ſm Gregl balbutiendo prout possumus excelsa dei resonamus per sensibilia nobis nota. Et quia omnia spiritualiter vult intelligi: apto fine concludit/ n Omnis spiritus laudet dm̄: scilicz angelicus ⁊ humanus/non caro et sanguis: quę nō possidebunt regnū dei: sed quod est in natura rerū sublimius/ad laudē monet.s. spirit⁹: qui cęlestia sapit et ęterna capit. Breuis ⁊ pfecta scientia in hoc psalmo docetur.s.vt deū spūaliter omnia laudent. In his g̃ totius musicę pfectio est.s.flatus in tuba/ pulsus in cithara ⁊ cymbalis/vox in choro: quib⁹ musicis instrumētis significat spūalis harmonia: quę non auribus: sed pura mente aduertit. Et sic est finis diuinę laudis/cui⁹ nō est finis. Vel sic: Oīs spirit⁹ laudet dominū.i.totus ⁊ pfecte spiritus noster laudet dm̄: q̄ totū ⁊ pfectū idē sunt: ſm philosophū: Ita q̄ accipit hic signū toti⁹ vniuersalis p signo totius integralis: q̄ in hebręo pro vtroq̄ est vna sola dictio equiuoca ad vtrūq̄: sicut etiā Eccls vlt.d. dicit: Deū time ⁊ mādata eius obserua: Hoc est omis homo.i.hic ꝓsistit tota pfectio homis: q̄ in via/istę duę partes iusticię faciūt pfectū hominē in virtute.s.deū timere ⁊ mādata eius obseruare. Perfectio aūt ⁊ cōsummatio ęternę laudis in patria/est toto spū laudare deū. Totus g̃ vel oīs spūs laudet dm̄. Vide q̄ ꝓuenienti verbo liber psalmoꝝ claudat: A beatitudine incępit cithared⁹ noster in p̄ncipio libri: ⁊ ea q̄ ad beatitudinē pducāt diligētissime apposuit/dicēs: Beat⁹ vir q̄ nō abijt in cōsilio impioꝝ ⁊ in via pctōꝝ nō stetit ⁊c. Hic ī fine libri apponēs q̄d pficit ipsam beatitudinē in patria/dicit: Oīs spūs laudet dm̄: q̄ ibi totius exercit⁹ beatoꝝ officiū est laudare ⁊ bñdicere deū: sicut alibi intonuit/dicēs: Beati q̄ habitāt in domo tua dñe: in sęcula sęculoꝝ laudabūt te: Ad cui⁹ laudis ⁊ benedictiōis exercitiū ille nos pducat dominus iesus christus: qui cū patre ⁊ spiritusancto viuit ⁊ regnat in sęcula sęculorum: Amen.

Ro.6.b.

Phil.2.b.

1.Cor.9.d.

Septē circūitus cōsiderationū: quibus corruit hiericho.i.amor mūdi ꝓsternit

Ps.68.

1.Cor.15.f.

Ps.1.

Ps.83.

Explicit psalteriū

Explicit postilla dñi Hugonis Cardinalis sup psalteriū.